

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sollicitudo siue occupatio f
cum fonte primo

→

Nonnulli namque hominum ita otiosae
mentis sunt, ut si eos labor occupationis
excipiat, in ipsa operis inchoatione
succumbant;
et nonnulli ita inquieti sunt ut si
uacionem laboris habuerint, grauius
laborent, quia tanto deteriores cordis
tumultus tolerant, quanto eis lucentius ad
cogitationes uacant. Vnde necesse est ut
nec quieta mens ad exercitationem se
immoderati operis dilatet, nec inquieta
ad studium contemplationis angustet.
Saepe enim qui contemplari Deum quieti
poterant occupationibus pressi
ceciderunt. Et saepe qui occupati bene
humanis usibus uiuerent gladio suae
quietis exstincti sunt.

Sepe qui contemplari Deum quieti
poterant, occupationibus pressi
ceciderunt, et sepe qui occupati bene
humanis usibus uiuerent, gladio sue
quietis extincti sunt.

Non nulli hominum ita ociose ←
mentis sunt ut si eos labor occupationis
excipiat, in ipsa operis inchoatione
succumbant.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 6, 37
(CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.326-7,
ll.57-67).

Gregorius ibidem (libro VI. moralium).